

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Liber chronicarum**

**Schedel, Hartmann**

**Augsburg : Schönsperger, 1497**

De opere secunde diei

[urn:nbn:de:bsz:31-51361](#)

## De opere secunde diei

Incēm diem. Et tenebras noctem. Factumq; ē vespere & mane dies unus. Moyses mirum artificium diuina non humana industria totius nature secretis apte conueniens in suo libro ostentat. qui omnem doctrinam & eloquentiam & ingenium superat. Gloriosiss enim deus q; est vera lux. Incēm q; diligens. omnia in luce faciens. Undi fabricam a luce rectissime inchoavit. One tribus diebus usq; ad quartam( in qua luminaria formata sunt) circuitu suo diez naturalem peregit. Erratq; nobilissimum corporum spirituali creature finitimum atq; optimum. suam pulchritudinem maxime comunicans. Cum punctus minimus totius mundi spacium replete. Ideo lux sola est qua mundus totus bonus & pulcher est. per immundacq; sine corruptione transiens. Et merito lucem videt quoniam bona. Cum nihil aliud sit q; pri mi boni imago tenuis & umbratilis similitudo. Statim trahente spiritu aquas illas & persuadente subiectum iussu dei virtutibus erorta est lux decus & splendor. ut nubes lucidae superiores mundi partes tua claritate illuminans. ut in diluculo fieri solet per modum solis agitata. superioris emisperium. & vicissim superioris illuminans. Et postea diuisit. ut tenebre & lux diversa emisperia vendicarent. Appellauit luce diem a claritate qui purgat tenebras tenebras a nocendo noctem. ne oculi videant. Secundum harum partium dimensionem diem fecit & noctem. que species & orbis temporis perpetuos ac volubiles quos vocamus annos alterna per vices successione conficiant. Ac factū est dies unus. qui fuit primus dies seculi. non primus dierum omnium. ideo non prius si unus non nominatus est. Et sic eo die fecit de materia informem. Angelos. Celum. lucem. terram. aquam & aerem &c. Ipsius quoq; terre binas partes contrarias inter se diuersasq; constituit. scilicet orientem occidentemq;. Et q; bus oriens deo accensetur. quia ipse luminis fons & illustrator est rerum. Et quod oritur nos faciat ad vitam semipernam. Occidens autē conturbate illi praeceps mēti ascribitur. quod lumen abscondat. quod tenebras semper inducat. Et quod homines faciat occidere & interire peccatis. Nam sicut lux orientis est. In luce autem vite ratio versatur. sic occidentis tenebre sunt. In tenebris autem mors & interitus contingit. Deinde alteras partes eadem ra-

tione dimensus est. meridiem ac septentrionem que partes illis duabus societate iunguntur. Ea enim que est solis calore flagrantior prior ma est. & coheret orienti. At illa que frigoris et perpetuo gelu torpet. eius deus est cuius extremus occasus. Nam sicut contrarie sunt lumini tenebre. ita frigus calori. Ut igitur calor lumine est priorius. sic meridiem orient. ut rigus tenebris. ita plaga septentrionis occasui. Hec omnia opus quarti diei uberioris manifestabit.



**H**ecundo die dixit deus. Siat firmamentum in medio aquarum. & dividat aquas ab aquis vocantq; firmamentum celum. prophetam de celestibus mysterijs loquentem audiamus. fecit enim deus firmamentum rotundum mobile cetera sensibilia continens. Et ex aquis congelatis in medium cristalli solidauit. & i eo fixa sidera. Spera autem celi cum sideribus in ea fixis duobus axis voluitur. Quorum alter septentrionalis boreas. Alter australis nothus dictus voluitur ab oriente in occidentem tanta celeritate. ut nisi plane contra cursum eam tardarent mundum inam faceret. Et artifex mundi. celi naturam aquis temperauit. ne conflagratione ignis superioris elementa inferiora succederet. Supradicatum celorum orbis id est septem planetas. & speram octauam quam vocant inerrantem nonumq; orbem qui ratione non sensu comprehensus est inter corpora que mouentur. creditum est decimum celum fixum manens & qui cum quod motu nullo participet. Namq; hoc